



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

IX. Die Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

## IX. DIE NOVEMBRIS.

ALPHONSVS  
VASIVS SCHOL.

9. Novemb.  
Lusitanus  
Conimbr.  
oz. 1553.  
stat. 20.  
Societ. 3.

Pref. Dei.

Oratio.

Morbis.

Mortu desid.

**M**ite, placidum, & propensum ad omnem pietatem, ac virtutem ingenium attulit, cum Societati adscriptus est. In illa præcipuum illi, & felix planè studium fuit, ut coram Deo versaretur ubique: iamque vsu ipso rem sibi facilem reddiderat, vt Christum reuereretur in Superiore; Apostolos, in Patribus; in alijs, Christi Discipulos. Horæ plures oranti suauiter effluebant, lachrymis quoque affluenter manantibus, quæ aliquando tantæ illi exundabant, ut se abscondere cogeretur; ac tunc etiam præ singultu latere non posset, quin agnosceretur. Noctu quoque, silencio se in lectulo in genua erigebat, & diutius precabatur. Per quinque menses morbo lecto affixus, nullo die omisit matutinæ orationis horam; vespere aliâ quoque adiectâ, duplique examine. Mortu desiderio dulcissimo tenebatur; & cum Medicus illi de vita deposito apponi vellet quicquid æger cuperet; ille veruit aliud dari, quâm quod omnibus in triclinio apponetur: imò instar mancipij se habeti optabat, cum diceret, nullo operæ pretio fieri quicquid in se fieret expensarum. Eius Pater ad illum lajrandum appulsus, ab illo aptè diuina locuto in alium planè ab eo, qui venerat mutatus est.

P. IOANNES  
DE GVADARRAMA.

**A**nte initam Societatem Philo-  
phiæ ac Theologiæ curriculum  
Toleti emensus, valebat ingenio: in  
Societate tamen malebat scholis infi-  
mis, & animabus operam dare. Gram-  
maticam per continuos 17. annos do-  
cuit; & laboravit, effecitque ne in 4.  
vota professorum numerum referre-  
tur. Non lingua, non gestu, non vlo-  
modo visus est unquam legem villam  
infringere. Cum æger siti arderet, cui-  
dam aquam offerenti, Non, inquit:  
quia est contra regulam: Et volo esse fide-  
lis Deo, etiam in minimo. Oculicus An-  
gelici: fœminas multas confitentes  
audiebat, quarum tamen nullam un-  
quam vidit. Catenam latam plenam  
aculeis din noctu quoque gestabat, etiam  
in morbo, & in longis missionibus,  
quas sine viatico pedibus exanlabat.  
Quotidie se flagellando medium ho-  
ram dabat, atque ad sanguinem largè  
profusum. Per horas integras orabat  
expansis brachiis, vel prostratus, ac  
sepè odore miro fragrans. Orationi  
benè manè tres horas dabat: diuinum  
officium, & B. V. coronam positis hu-  
mi genibus quotidie recitabat. Car-  
inalis Toletanus tanti eum faciebat,  
vt ijs qui illi confiterentur 80. dies in-  
dulgentiarum concederit. Per iter a-  
pud pium virum hospitabatur, & no-  
ctu repente se proripiens exiit ad quar-  
tam ferè leucæ partem, instinctu quo-  
dam caelesti actus: ibi Pastorem ani-  
mam agentem reperit, expiavit: &  
ille mox obiit. Redux hospiti suo co-  
miti dixit: Procul dubio bonus hic pastor  
fuit pius erga animas purgatoriij.

L L I 2 X. DIE

Hispanus  
Madriti. 9.  
Nou. 1656.  
stat. 56.  
Societ. 20.

Humilit.

Oculi.

Mortif.

Oratio.

B.V.

Purgat.